



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Nunquid accusato liceat per calumnia[m] se defendere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

est mortale, sic mendacium in iudicio: Neque id tantum in iudicio sacramentalis confessionis, verum etiam in foro exteriori. At vero, neque Caie. conclusio, salua eius egregia auctoritate, veritatem praefert, neque eius ratio probabilitatem. Immo proculdubio crediderim posse illic etiam contingere veniale peccatum. Nam in primis hoc insinuat S. Thom. eandem 2. 2. q. 70. artic. 4. ubi ait quod violare iustitiam mentiendo, est mortale in suo genere, ubi insinua posse esse veniale. Item in materia fidei, & charitatis & religionis potest exilitas materiae attenuare peccatum, ut si veniale, cur ergo non in iudicio? Praeterea potest illic fieri veniale mendacium, ex defectu plenae deliberationis, quare ergo non ex pusillitate? Adde quod tunc quicumque alius defectus leuissimus in iudicio esset mortaliter, ut si quis rem exigui momenti taceret. Ac demum postremo arguitur. Peccata venialia non sunt de necessitate confessionis, ergo illa illic negare non est mortale crimen. Conceditur ergo quod ipsum veniale mendacium peius est in iudicio quam extra, non tamen sic consequens ut sit omnino mortale.

S. Tho.

ARTICVLVS II.

Verum accusato liceat per calumniam se defendere.

Postquam afflicto reo, nec legitime interrogato licet veritatem negare, neque praeter ius requisito mentiri, consequitur, ut videamus an saltem alterutro illorum casuum liceat ei per calumnias se defendere? Et arguitur à parte affirmatiua. Secundum iura civilia, licet ei qui de capitali crimine delatus est, transigere, hoc est cum accusatore pacisci, & ipsum corrumpere, qui desistat, ut C. de transact. l. transigere, & expressus leg. in capitalibus. ff. de bon. cor. qui ant. sen. mortem sibi conscie ergo non est illicitum calumnijs vii. Secundo. Accusator qui in fauorem rei praeriticatur poena plectitur legibus constituta, ut superiori quaestione visum est, & 2. q. 3. patet accusatio vero nulla est poena decreti, etiam si technis agat cum accusatore, eique imponat, ergo id non est iniustum. In contrarium est ius canonicum, extra, de

iuram. calumn. capitulo inhaerentes, praecipiens ut iuramento calumniae in principio litis adstringantur tam reus quam accusator, ubi & civiles leges de re eadem citantur, iuramentum autem calumniae, ut nomen sonat, est, quod neque accusator, neque accusatus vitetur calumnijs.

Quaestio est grauissima, quam nos in dicta nostra Relectione sexto loco per omnes, ut arbitror, suos numeros diduximus. Sed non possumus (ut supra dicebamus) hunc locum hac disputatione vacuum relinquere. Respondemus ergo hic septem conclusionibus. Prima est illa notissima quam artic. prox. constitimus. Esti nemini liceat veritatem mandacio negare, licet eam tamen non nunquam prudentia contegere. Nam (ut modo dictum est) nemo tenetur veritatem propalare, nisi iure compulsus, ergo extra talem casum quis, poterit se eretum, & praecipue suum, custodire. Rei autem articulus ac nodus illic occultatur, ut sciamus quando iudex, qui legitimus est legitime potest subditum de proprio crimine, etiam iureiurando in errorem. Ad hoc ergo explicandum, statuitur secunda conclusio. Tres sunt casuum differentiae, quibus iure potest iudex reum percontari, in quibus subinde reus veritatem respondere tenetur, videlicet si infamia eius super aliquo crimine praecesserit, vel aliqua expressa apparuerint indicia, vel probatio interfuerit femiplena. Conclusio est Sancti Thomae 2. 2. quaestio 69. articulo secundo. Et quamuis rationem non subiiciat, aperte tamen colligitur ex superiori definitione, nempe quod iudex absque accusatore, vel eius supplete vices, neminem damnare potest. Haec autem tria sunt, quae praeter expressum accusatorem vicem eius gerunt, ut possit reus legitime interrogari. Sed arguis, non omnes causas de Thomae connumerasse. Diximus enim 4. artic. tertio crimen quoque notorium & manifestum, ius facere iudici condemnandi reum. Conceditur quidem, sed tamen tunc non opus est reum interrogare, nunc autem merita tantum quaerimus, quibus potest iudex secretum crimen inquirere. Igitur ad intellectum conclusionis imponendum est ex cap. qualiter & quando de accusationibus, tribus visis patere iuris ad cognoscenda crimina, compellendos deli-

Primum argum.

Secundum arg.

delictores, vt sua propria confiteantur, videlicet via inquisitionis, denuntiationis, & accusationis. Et licet super eodem capitulo speriti plures inquisitionis species discernant, satis est tamen duas dignoscere. Vna est enim generalis, atque alia specialis. Generalis est, qua Prælati munere fungentes suo & (quod aiunt) officij debito, prouinciam aut conuentum visitantes crimina disquirunt quibus scilicet reuelanda sunt, eo ordine quo artic. 1. quæstionis proxima dictum est. Altera vero est specialis, qua scilicet particulariter inquirunt crimen alicuius singularis personæ. Denuntiatio quoque (vt supra dictum est) altera est fraterna, quæ procedit ad emendam fratris, & altera iudicialis, quæ tendit ad vindictam. Accusatio iudem duplex, altera in causâ priuata, atque altera in causâ publica. Sunt autem differentia multæ inter has vias. Denuntiatio enim quæ fit per correptionem fraternam differt à iudiciali & accusatione, quinque modis. Primo ex fine, vt sæpè dictum est quia hæc procedit solum ad emendam alius vero ad vindictam. Et hæc sumitur secunda, quod denuntiatio fraterna est officium charitatis, iudicialis autem & accusatio pullulat ex iustitiæ debito. Ob idque S. Thom. de correctione fraterna tractauit in materia charitatis 2. 2. q. 3. de alijs autem in materia iustitiæ q. 68. & duabus sequentibus. Tertio differunt eandem ob causam quod ad denuntiationem fraternam omnes, nemine excepto, tenentur nam possunt subditi denuntiare prælatos, & filij parentes, neque infames aut excommunicati eximuntur, sicut in accusatione. Neque vero sacerdotes, vt habetur canon. 24. quæstio. 3. Quarto differunt forma. Nam in correctione fraterna semper, requiritur admonitio, in re iudicis vero non semper, vt nuper expositum est. Et quinto differunt ex parte termini quia fraterna denuntiatio si frater emendatur cessat, sin minus, rebellio exinde habetur pro accusatore, & incipit forû iudiciale, vt diximus q. 4. Iudicialis, vero & accusatio non cessant vsque ad punitionem. Differunt autem iudicialis, & accusatio primo (vt dictum est) quia denuntiator etiam iudicialis non tenetur probare sicut accusator. Præterea (vt habetur. ca. in

quisitionis. de accusationibus) licet denuntiatio hæc ad vindictam tendat, non tamen denuntiatio infligenda est tota pena iuris, sicuti accusator. Descendendo ergo ad istarum sperum singulas, statuius conclusionem tertiam. Ille qui fraterne denuntiat, tenetur prælato veritatem criminis sui fateri, tanquam patri. Si tamē non leuiter sed grauiter timeret quod tanquam iudex machinatur eum castigare, nequaquam teneatur. Conclusio hæc sit clara ex fine & scopo talis denuntiationis, quæ sola emenda est, non autem punitio. Quarta conclusio. Si denuntiat fuerit rebellis, qui neque tanquam patri vult fateri crimen, iure compelli potest. Hanc conclusionem statuius membro 2. q. 4. de correct. fraterna. contra Aluissiodorū, lib. 3. tractat. 25. c. 2. & contra Durandum in 4. dist. 19. q. 4. qui putant si peccatum est secretum, nulla obstante rebellionē cessandum esse, Sed est nostra conclusio S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 8. ad primum argumentum. Moderatur eam tamen ipse, & cum ipso illic Caiet. & Palud. 4. dist. 19. q. 4. duobus limitibus, videlicet casu, quo crimen probari possit testibus adhibitis in secreta correctione vel alijs. Præterea si spes vlla restat emendæ fratris, nam illa spe cessante illic cessandum est, si peccatū est priuatum. Nam si serpit in perniciem publicam modo supra explanato, vel in detrimentum tertie personæ, etiam si non emēdetur, imò propterea quod non iniquum propositum ille nequam expuit, progrediendum est. Et quamuis Caiet 2. 2. q. 69. art. 2. contrarium videatur sentire, arbitror tamen illum denuntiantem, si est omni exceptione superior, valere pro teste in iudicio inde futuro, & pro semiplena probatione. Nam propterea in Evangelio iubetur adhiberi vnus aut duo testes, vt in orduorum vel trium stet omne verbum, quia scilicet ipse denuntians valet pro tertio. Et hoc habetur expresse cap. In omni. de testibus. At vero quantum ad illam restrictionem, quam nos quoque in Relect. de secreto quæstio. 2. membri. 2. approbamus, nempe quod etiam si denuntians rebellis fuerit, nisi spes sit eius emendæ, non est iudicialiter procedendum, eo quod totus ille processus in bonum fratris tendit. At vero in contrarium videtur exi-

& accusatione.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Aluissiodorū. Durandus.

S. Thom.

Caiet. Palud.



tere verbum euangelicum. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, cui stipulatur can. tam sacerdotes. 24. q. 1. vbi habetur quod tales incorrigibiles, ab ecclesia separenur. Quocirca a bitror. quod licet non sit citra spem emendae ad alias iuris compulsionis & penas progrediendum, sententia tamen excommunicationis est ab ecclesia forte rebellis coram testibus denuntiationis separandus donec resipiscat. Diximus quando crimen vergit in damnum publicum aut tertiae personae, progrediendum esse ad forum iudiciale: intelligendum est tamen, si aliter illud malum cauere non potest. Accidit enim temporibus nostris, vt quidam praemissa correctione fraterna, denuntiaverit quempiam qui alterius eadem molebatur, denuntiavit autem tanquam patri, iudex autem volebat denuntiationem eum fraternam audire, sed tanquam iudicalem, vt lege in illu criminosum agere. De qua re Adrian. antequam esset Papa consultus, respondit non posse denuntiationem illum cogi, vt iudicialiter denuntiaret. Et fuit cõsultissima responsio. Est enim sententia August. 2. q. 5. cap. hoc videtur. vbi ait in eiusmodi casibus occultum crimen illi esse reuelandum, qui prodesse potest & non obesse. Intelligitur tamen, si eia tale iudicium occurri poterat futuro homicidio, nam si alteri impediri nequiverat, commutanda erat euangelica denuntiatione in iudicalem. Quinta conclusio. Si cui denuntiationem fraternam debet precedere admonitio, sic & inquisitionem specialem vel infamia, vel expressa indicia. Diximus specialem quia generalem (vt dictum est) si apte auctoritate potest praestare facere. Conclusio est expressa in iure, extra, de accus. ca. cum oportet &c. inquisitionis, &c. qualiter & quando, secundo. Confirmatque illic eandem summus Pontif. facis oraculis, vt puta J. uc. 16. vbi villicus non fuit in iudicium euocatus, antequam infamia cum proderet. Et Gen. 18. Clamor Sodomorum & Gomoni horum multiplicatus &c. Et ratio naturalis est, quam supra tractauimus quia sine accusatore nemo est in iudicium deferendus. Est autem dubium de obiecto infamiae, vbi si factus sit obiectum esse de crimine, quod scilicet vel notorium, vel infamia publicam

est vt inquiratur persona, quae nulla cum infamia laesa est. Iacet (vt exempli gratia dixerim) cadaver occisi hominis, vtum liceat per viciniam disquirere quisnam interfecit? Et suffragantur affirmatiue pariter haec argumenta. Primum est consuetudo. Vbi enim notorium est crimen, statim disquiritur reus, licet nullus sit specialiter difamatus, alias vecors & negligens habetur iudex, populusque vt nunc mos est, sedalium acciperet, ac si iustitia dissimulatione langueret. Et extant praeterea canon. 2. qu. 1. canon. uanifesta. Et de accusa e. c. uidentia quibus habetur quod evidentes pariteri sceleris non indiget accusatore. Quinvero & patrocinari huic consuetudini patetius diuinum. Legimus enim Iosue 7. quod cum Acham anathema oculis esse, crimen tamen notorium, fortibus inquisitus est, ac deprehensus. Accedit & auctoritas D. Thom. quem Caiet. 2. q. 69. artic. 2. refert, scilicet quod cum. Parsipso Baecalaureo furtum factum esset, consilio suo inquisitus est, ille qui latebat furti. His tamen non obstantibus iura canonica & euangelica, ratioque ipsa consuetudini refragatur. Et ideo statuitur negatiua responsio: Infamia delicti non sufficit nisi paucis exceptis casibus ad inquirendum reum quem nulla dum reserpsit infamia. Verba sunt in d. c. Cum oportet, de accusationibus. Nisi super praedictis famam ipsius, scilicet personae, laesam esse noueritis, vos ad inquisitionem non subito procedatis. Et cap. inquisitionis. iubetur nullum pro crimine super quo aliqua non laborat infamia puniendum. Et in ca. qualiter & quando, sic legitur. Si super ecclesiis suis quis fuerit infamatus; tunc procedendum est ad inquisitionem. Et in testimonij diuinis supra citatis de Villio & de Sodomitis extat, personas fuisse infamia laesas. Deinde ratio id probat. Nam iura haec fundantur in loco illo Mathaei 5. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Est autem temerarium iudicium de persona iudicare propter publicum crimen, ac subinde illum explorare. Sunt autem qui hinc tergiversant, dicentes quod quamquam heurum non sit particulariter de singulari persona suspicari, atque adeo neque percontari, licet tamen in genere disquirere quisnam fecit,

Adrian.
responsio

August.

Quinta
conclu.

Rõ con
clufiois.
Dubiu

Reit. Attamen distinctio hæc fallax videatur. Etenim si quis interrogatur, tenetur peculiariter reum prodere, eodem recidit, ac si particulariter scilicet. Præterquam quod etiam accidere posset vniuersos reus ipse forte interrogaretur, qui tamen nullo se iure prodere conuincitur, & tamen vix euadere posset, quominus vel de rubore vultus, vel de verborum ambiguitate deprehenderetur. Accedit huc vigentissimum argumentum, ex cap. Inquisitionis, de accusationibus. Iubetur enim illic, quod est duo vel plures iurati affirmet cuiuspiam crimen, de quo tamen ille nulla infamia laborat, non procedatur in ipsum via inquisitionis. Si ergo hoc verum est, quomodo illi qui nondum iurati sunt interrogari possunt, vt quem nulla adhibuit infamia ipsi prodant? Possent tamen fortasse in tali casu iudicia inquiri vt scilicet viciniæ interrogaretur in qua hora fuerit occisus, quibus armis, & similia. Et tunc si illa indicia aliquem in particulari infamia denotarent, posset de illo inquisitio iniri. Vnde ad auctoritatem Sancti Thomæ dum iunior erat, bene Caietan. respondit non permissio in illa sententia, postquam secunda, secunda quæstione 69. articulo secundo, casus non probauit. Quin vero fertur neque tunc fuisse magistrorum calculis approbatam. Iura autem quæ aiunt eundem patratu sceleris accusatore non in digere, intelligenda sunt quando & patratior ipse vel manifestus est, vel infamia detectus. Id vero quod de sortibus antiquæ legis adiectum est, nihil mouet. Nam cum Deus cognitor sit vindicatorque vniuersorum criminum, potuit illum torum populum sortibus illis deterrere, quibus expectabatur reuelatio diuini numinis. Vnde scias illius: Da gloriam Deo, illuc spectat, quod postquam Deus ipse veritatem reuelasset, ille qui celaret, Deum subnotaret mendacij. Et ideo dare ei gloriam, erat veritatem confiteri, vt apparet quem admodum Deus est occultorum cognitor, quod in gloriam suam magnopere cedit. Illud autem seruiniū per sortem iam modo non liceret. Sicuti neque illud Nume 5. de inuestiganda muliere adultera circa infamiam. Consuetudinem autem contrariam non est nostrum vellere, ipsi viderint qui illum in vsu inue-

xerunt, inde enim iam nunc persuasum habent plebem, necessarium esse, cum tamen nusquam iuris peritissimi illam indixisse videantur. Nisi in quibusdam casibus quos ad sex vel septem loco citato in Relektione nostra reduximus, atque ad amulsum perpendimus. De quibus Bar. ad leg. Iuliam de adult. l. 2. post glossam. § si publico, & super extrauag. ad reprimen. & Doctores iuris canonici, super citatis tribus capitulis, de accus. tractant. Ex quibus casibus illi sunt planissimi, qui contingunt in crimine hæresis & in crimine læse maiestatis. Tunc enim oborto rumore criminis, disquiri possunt personæ. De cæteris vero illic, cui libuerit, nostra legat. Non enim postulat hic locus tam longum de hac re disputationem. Hanc tamen regulam adhibendam hic duxerim, quæ infallibi, vt reor certitudine, casus omnes complectitur, quibus licet notorio, diffamatiove crimine, latentem reum inquirere. Ea autem est. Quandoquidem que accusare quisque tenetur, puta dum crimen est in perniciem publicam aut terriæ personæ, neque est emendandum, sed pendet in futurum, iuste vniuersusque interrogari vt testis potest, & prodere reum tenetur. Quo fit vt solum ad vindicandam præteritum crimen nequaquam id liceat. Quod si quis forsitan contra hoc arguat, quod si infamia expectaretur, multa crimina impunita manerent, Anacletus Papa respondet, canon si omnia 6. q. 1. quod permulta relinquenda sunt iudicio diuino. Illud tamen argumentum quod ex canon quidam maligni s. quærit i. huic sententia obijciunt, quia ei Caieta super hac q. Sancti Thomæ. 2. quæst. 69. artic. 2. non (vt reor) pro dignitate satisfacit, non decet hic præterite Casus tex. est, quod quidam libello nocturno secretario diui Gregorij infamiam notam inuulerat, & ait Caietan. sub conditione latentem illum criminis Pontificem excommunicasse, scilicet si non se reuelasset. Addit tamen excommunicationem illam non ferri super conditionem, nisi se reuelauerit, sed super crimen, quia, inquit, potest delinquens pro elapso delicto absolute excommunicari. Et ideo benigne, inquit, cum illo actum est, cū eius optioni relinqueretur, vtrum mallet reuelare, quam sententia excommunicationis

Regula certissima.

obiectio Ratio.

Arg. per peram à Caiet. solutum.

Handwritten marginal notes in red and black ink, including the number '3'.



Prima
ratio in
Caic.

vulnerari. Hæc autem responsio (vt in di-
cta Relatione latius ostendimus) profecto
(vt bona venia dixerim) non est tanto Do-
ctore digna. Primum enim quod pro deli-
cto præterito quis, nulla ante delictum præ-
cedente monitione, sententia excommuni-
cationis ferri possit, inauditum est. Nam
vt ex Euangelio plane colligitur, nemo
potest tali percelli censura nisi ob mortale
peccatum, idemque inobedientiæ, quia. f.
rebellis non vult ecclesiam audire. Neque
Paul. Corinthium illum, ob commissum
incestum Sathanz tradidisset, nisi quia in-
corrigibilis erat. Ideo enim separauit illū
à consortio aliorum, admonens illos ne
commiserentur fornicarijs. Ob idque post-
quam correctus fuit, statim restituit reli-
quorum carui. Quamuis mos ille excom-
municandi fortan non erat qualis nunc
est, vt excommunicati priuarentur suffra-
gijs ecclesie sed in torturam tradebantur
Sathanz, quod fieri poterat ob commis-
sam culpam, separari vero non, nisi ne con-
tagione plebem inficerent. Quocirca nulla
est licita excommunicatio nisi praua mo-
nitione, vt sancte cautum est. c. per tuas, ex-
tra de sententia excommunicationis. Ob
id enim illi qui à iure præmoniti sunt cen-
suram excommunicationis ipso facto incur-
runt. At cum primum parere parati
sunt, veniunt absolendi, quoniam coram
Deo iam non sunt excommunicati. Hinc
ergo palam fit, vt neque possit occultus pec-
cator, qui nulla infamia denotatus, est sub
illa conditione, nisi se prodatur, excommuni-
cari, alias cuncta iura quæ inquisitionis
formam & ordinem delineant, corruerent.
Textus ergo Gregor. planissimus est nun-
quam enim sanctissimus Pontifex cogita-
uit illum latentem diffamatorem extorsio-
ne excommunicationis in publicum pro-
ducere, sed hoc tantum ei præcepit, ad
quod iure nature ipse tenebatur, nempe
quod. l. vel produceret se vt crimen proba-
ret quod alteri imposuerat, aut famam ei
restitueret, quam nisi se proferendo resti-
tuere non poterat nisi minus à sacrosancta
Eucharistia sub preua excommunicatio-
nis deinceps abstineret. Excommunicatus
ergo non pro delicto præterito neque nisi
se proderet, sed pro futuro sacrilegio, si ab
Eucharistia susceptione, in peccato exis-
tens, non abstineret. At qui ex huius
quæstionculæ responsione facile alterius

Germa-
na inter
pratioci
tatitext.

solutio colligitur videlicet verum ille qui
proprium factus est crimen licite possit de
complicibus interrogari, qui nulla infamia
lesi sunt. Nam est consuetudo pari
affirmatiue patrocietur, ex his tamē que
dicta sunt consequitur negatiua. Quin ve-
ro expressa est iuris viriisque determina-
tio, vt c. cum monasterium, de confel. & c.
ueniens. extra de testibus. & 15. q. 3. ca. no-
mini. & C. de accusat. l. fin. & fi. de quæstio-
nibus l. repeti. quibus locis cauetur ne con-
fessi super aliorum conscientias interroge-
tur, crimine læsæ maiestatis excepto, quo
comprehenditur & hæresum impietas. Ta-
meti alijs etiam Bar. super eadem lege,
repeti excipiat, vt publicos latrones, & con-
qui fallam monetam eudunt. De his autē
satis illic a nobis dictum est. Et eadem re-
gula quam nuperrime statuumus, hic simi-
liter locum habet, videlicet quod licet
reum interrogare de complicibus, quādo
ipse teneretur accusare nempe ad obuian-
dum futurum malum indammum. repub-
licæ, vel perniciem tertie personæ, nō an-
tem ad vim dicandum præteritum. Scio o-
quidem contrariam vigere consuetudinem,
nescio tamen quo orta sit iure. Profecto in
conscientia interrogatur, parere non cogi-
tur, vt Caic. ait opul. 1. 6. rel. q. 5. Sed tamen
abli, vt qui tacere licite potest, mendacium
dicat, vt illic insinuat. Enascitur autē hinc
dubium aliud, vtum vice versa quando
persona diffamata est de vno crimine, in-
terrogari possit de alijs occultis. Petrus n.
de Palude in 4. dist. 19. q. 4. affirmatiue re-
spondet. Cuius fundamentum est quod ra-
tio ob quam non licet de abditis iudicare,
non sumitur ex eo quod peccatum sit oc-
cultum, sed inde quod secretus sit peccator
qui ideo per vnus deilecti confessionem de-
rectus interrogari deinceps potest ac de-
bet, an alia commiserit. Verum hanc eandē
opinionem & Adri. quoli. 1. 1. & Caic. 2. q.
69. ar. 2. merito confutant. Nam expressi-
se in canonibus citatis viriisque infamia
exigitur, ex qua ius inquirendi nascitur si
licet tam delicti quam delictoris. Eadem-
que est sententia S. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. & re-
tio est in comperito. Potest enim qui
delicti infamia obscurari, qui tamen cit-
ca furtum, aliaque scelerum genera ser-
uum habeat nomen, Attamen duobus
modis licet conuictum de vno crimine,
de alio interrogare. Vno, quando notum
cit-

crimen indicium est alterius, ut si quis infamatus esset conuictusque de adulterio, & adulteræ coniunx reperiretur in suo lecto necatus, interrogari posset an reus esset talis homicidij. Et si quis de homicidio conuictus esset, & cadauer nudum inueniretur, interrogari posset super spolio. Secundus casus est, quando vnum crimen, alterius est circumstantia, ut qui de consuetudine cum puella conuincitur iure interrogatur, an ipsam deflorauerit. At vero de hac infamia quæ viam inquisitionis ante cedere debet verum sit certo numero testium destinata non satis inter doctores conuenit, plerique tamen super illo cap. Inquisitionis, censent denarium numerum satis esse. At tamen de hoc numero nihil in iure habetur, sed id solum quod propter dicta paucorum, non debet quis infamatus reputari, nisi opinio eius apud probos & graues laici existat. Quæ circa an infamia sufficiens sit prudentum a arbitrio æstimandum est, ut scilicet perpendat quando iam rumor sit frequens. Numerus autem ille de quibus, inde auctoritatem nactus est ad infamiam, quod sufficit populum constituere. Nihilominus illa est alia regula certior quam glossa dicti capituli, quæ ait, quod si rumor sit sparsus per maiorem partem vicinæ aut collegij, aut vniuersitatis, illa est sufficiens infamia. Hanc enim commendat Bar. ff. de quæst. l. de minor §. ornamenta. ubi ait fama est communis opinio, voce manifesta, ex suspectione proueniens, quæ si sit de malo, dicitur infamia. Requiritur ergo in primis honorum opinio. Nam perditorum clamor atque hominum infamæ classis, legitimam infamiam non constituit. Perditorum autem perditissimos istos censent ariolos & astrologos, qui per astrologorum obseruationem occulta crimina propalare contendunt. Nam ut de sua scientia quam exilis sit certitudinis, nunc sciamus, vix tamen eiusmodi artis in de rege criminibus occultis pestilentissimus est, iniquissimusque à Deo atque omni diligentia a rep. profligandus. Esto enim illis gratis, immo contra veritatem concederemus, perinde eis innotescere occulta crimina, ac si oculis proprijs vidissent, quomodo illi possunt illa nisi toto reclamante iure reuelare? Profecto neque inde iudicari nisi vel imperitissimus vel nequissi-

mus, vllam possit iuridicam ansam accipere ad inquirendum, vel vlllo pacto procedendum contra illum, ab illis proditoribus proditum. Quare ipsi potissimum atque illi simul qui illos interrogant in malam crucem a ricipiendi essent. Nihil enim aliud faciunt quam homines falso infamare, & quamuis vera dicerent, perniciosissimi nihilominus essent, sunt enim mortales adeo cupidi deprehendendi eos qui sibi nocuerunt, ut facile istis fidem adhibeant. Vnde lex centurbarum in Rep. oboriuntur. Quin & illi qui zelotypia exurunt eos ad eum qui adulteria iurum vxorum sibi denegant. Hæc de infamia. Indicia autem, vbi non volat infamia, non qua licetque ait S. Thom. sed expressa esse debent, & quæ prudentia iudicis vehementer reum indicent antequam ius emergat inquit. Vide quam sancti sanctaque iura famæ & honori consulum curauerit delitescens rei, sane cum maluerint aliqua crimina impune fieri, quam delinquentes occultos de possessione honoris sui, famæque, & vite temere depellere. Semiplena autem probatio censetur vnus testis omni exceptione superior. Sed repetis forte contra hanc definitionem argumentum supra factum ex ca. Inquisitionis, de accus. vbi cauetur etiam si duo vel plures iura testes crimen pandant, nisi infamia reus laboret, non patere inquirendi ius. Respondeatur autem argumentum concludere semiplenam probationem, quin vero plenam trium testium non sufficere ad inquisitionem, sed semiplenam probationem tunc facultatem facere interrogandi tamen reum quam alios testes, quando proceditur via accusationis. Atque hæc est mens S. Thom. Ex his autem, reliquum sit dubium aliud, vtrum reus in foro aut exteriori aut conscientie compulsus sit veritatem respondere antequam certior fiat, iudicem iure ipsum interrogare, an illico ei potius debeat simpliciter credere. Respondetur nequaquam compelli, quousque illi cõstet more & lege interrogari. Etenim qui bona sua, honorem, & vitam iure possidet, quousque ius alteri sibi innotuerit quo debeat illorum iacturam facere, non adstringitur illa dimittere, alia s prodigus eorum esset. Atque id maxime in rebus grauioribus sed in his potissimum quæ vitam in discrimen

Qualia oportet esse indicia quæ inquisitionem antecederent. S. Tho. Quid semiplena probatio. Argu.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.



obijciant. Nam in leuioribus debet subditus preclato fide adhibere, illi tamen prorsum que probum nouit, prudentem, & scientiam peritum. Igitur ubi primum reo notum fuerit secundum iuris ordinem interrogari, sub pena peccati mortalis detegere veritatem etiam iniuratus teneatur multo tamen sanctius si iuratus interrogetur. Loquimur nunc modo ex genere rei. Nam ob leuitatem materie iam supra dictum est fieri posse, ut negatio veritatis etiam in iudicio venialis sit culpa. Quocirca reus qui veritatem negat, etiam illam qua in mortem adigitur, nullatenus est sacramento confessionis absoluentis quousque illam aperiat. Debent tamen confessarii considerata maturitate tunc vti, ne calamitosum morti temere addicant, scientes in re dubia propere dedum esse potius in fauore rei. Et ideo nisi meritis clarius lex illos cogat, non sunt miseri cogendi, maxime in causa capitali, aut honoris & fame, dum ex altera parte non agitur de tanto periculo alius tertie persone, sed debent prius rimari an iudex legitimus sit, an reus aliquo sit privilegio exemptus, puta quia clericus, an denique plene constet cuncta leges merita fuisse seruata. Præterea illa debent esse prudentia, ut etiam reus auscultare nolite eorum sententiam dissimulatissime id ipsi extra confessionem celatam rem seruent. Solent namque sepe iudices de confessarii facie delictum expiscari. Ecce quando reus tenetur & iustus testis veritatem patefacere. Quod autem plus dubitatis, & anxietatis afferi, est nosse, quando vel reus vel testis præter iuris ordinem iniure cogitur, cum nullatenus ei (ut supra dictum est) meriti liceat, etiam si salus totius rei publicæ illic periclitaretur, qua se potest prudentia defendere, quoque suffragio elabi. Hæc fuit in illa nostra. Relectione citata membri 3. q. 3. ubi cuncta credo retigimus que à nostro pusillo ingenio desiderare quis poterat. Ut autem summam dicamus, complures secretorum gradus & ordines dignoscuntur. Quorum summus est, qui sacramentali confessioni debetur, ob idque de illo constitutissimum est confessarium vere respondere, se nescire quod in sacramento audiuit, quoniam huius contradictionis scio, nescio, vtraque pars diuersis sensibus esse potest vera. Nam licet prior simpliciter vera sit, si scire pro eo usurpes,

quod relatu credis, posterior nihilominus est vera in hoc sensu, quod nescis tanquam homo, vel quia nescis ut dicas, de hoc autem non est presentis loci disputatio, illic enim satis superque dictum est. Vnum hic tamen repetere admonendo non cessabo, contra quod passim grauissimum peccati video, nempe quam debeat esse receditum, quamque ab exteriori foro semotum confessionis secretum. Video, inquam, seculares iudices, immo & peius ecclesiasticos, suas sepe causas ad confessarios remittere, à quibus rei informati veritatem postea faciantur in iudicio idque præcipue in causis matrimoniorum quæ clam fiunt. Cum tamen multo minus esset periculi simile essent illegitimi coniugati & in perpetua fornicatione persistere quam illa via procedere. Arbitrantur enim isti iudices neminem posse in confessione sacramentali mentiri, & tamen & adultera & puella, immo vulgatis homo qui semel veritatem in iudicio negauerint, paratissimus est etiam in confessione id contingere qua ideo ratio ne patentissima illis offertur occasio, ut sacrilegium faciant mentientes in confessione. Et quando non contingat, faciunt eiusmodi iudices confessionem odiosissimam. Nam cum videat in docta plebs per illam viam in iudicio compelli, quis non illam reformidet? Peruassissimum ergo Christianis esse debet secretum illud nulla prorsus ratione reuelari posse magis quam si Deus solus sciret, alias apertissimo periculo exponeretur sacrosanctum sacramentum, ut homines non auderent suæ illic patefacere crimina. Caueri ergo sanctissime debet ab hoc sacrilegio, ne iudices in suo foro sacramentum confessionis nominent. Neque sacerdotes si qui ad illos inde mittantur, vilo modo eos audiant. Imò & iudices ipsos acerrime reprehendant. In terstat sacer limes inter vnum forum & alterum, quem transgredi sacrilegium est, in tempore Christianam pestilentissimum. Sed quo ad rem de iudicio exterioris fori reuertamur: In eiusmodi secretis sunt etiam gradus quantum ad fidem que ipsis seruandis debetur. Etenim qui per iniuriam ab altero secretum extorsit, arctissimo nexu stringitur illud seruandi. Ad eo ut si illius reuelatione periclitaretur alterius vita, dicere audeam quod deberet ipse periculum

Sana doctrina ad confessarios peccatis.

Multi-plex secretorum ordo.

culum antea subire proprius quam illud detegere. Post hoc est illud quod quis prudenter, vel tanquam prelato vel tanquam amico, alteri concedit. Tunc enim etsi nemo obligetur mortem oppetere, vt illud celer dum ab illo extorqueretur, tenetur tamen quam posset maxime illum cōtegere. Deinde sequuntur alij gradus remissioris obligationis. Vt si scis feceritum vel quod alter temere effusiuit, vel quod casu vidisti. At ne quæstione sequenti de testibus eadem nos occupet quæstio, de omnibus tam reo quam testibus constituitur sexta generalis conclusio. Licet cuiquam prater ius requisitio primum non respondere, mox appellare. Quin vero & quo poterit pacto se defendere, ne loquatur, si cui contra priuatam personam. Nam iudex multo grauius mortaliter peccat (quod apprimere anim aduertere debent) dum tali vi secreta exprimit, quam si priuata esset persona, eo quod cum sit iustitiæ patronus & cultus, eidem iustitiæ auctoritate publica, vim infert. Quamobrem dum per iniuriam extorsit crimen per illam confessionem non potest reum condemnare, quia ex iniuria nullum nascitur ius.

Si vero nullum aliud remedium interrogatus reliquum sit, pro tali casu est conclusio septima. Possunt ac debent sic contra ius requisitum quacunque vti amphibologia, quam vsitatus sermo citra mendacium ferre possit. Nam si talia verba nullatenus sensum verum admitterent, mendacium parerent, quod nullatenus licet. Et quidem antiquus doctorum clypeus ille erat, vt interrogatus diceret. Nego proposita, vt proposita sunt. Et reuera inter sinceros iudices, illa esset legitima responsio, sed tamen quoniam iam illa minime contenti videntur instant distinctione operis est. Dum enim testis de alieno actu interrogatur, facilius protegere se potest, quam si interrogaretur de proprio. Arbitror enim licet non sit eo gradu certum, quo in confessario, posse rite responderem se nescire, vt si interrogetur an alius quispiam, puta Petrus occiderit, illud ve aut alio fecerit, fueritve tali hora in tali loco, aut quidpiam simile, per quod veniri possit in notitiam criminis. Enimvero cum voces sunt conceptuum signa, oratio illa nescio, recipere hunc sensum citra mendacium potest: Nescio vt tibi modo dicam.

Quare non aduersatur alteri veritati, scio simpliciter etiam si proprijs oculis id de quo interrogatur vidisset. Nam si tantum auditu illud teneret dubium non est, quin posset respondere se nescire. Quandoquidem quod credimus, non proprie scimus. Et confirmatur conclusio. Iudex sciscitari de oculis non potest, imo vt habetur cap. qualiter & quando 1. de accus. debet interrogans excipere occulta crimina admonens testem ne illa detegat, ergo quamuis ipse actu exceptionem non explicet, legibus ipsis intelligitur expressa. Quo circa iuramentum calumnia, vel quodcunque aliud testimonium, eo moderamine intelligitur, qd ille iuratus dicit veritatem secundum ius. Atque inter alias expositiones hæc optima est, & textui genuina illius loci, Marc. 12. De illo die nemo scit, neq. filius hominis. Cum enim Apostoli Christum sciscitarentur. Dic nobis quando ista fient, ipse respondit. De die illa nemo scit, neque filius hominis. Quasi dixisset. Ad fidem redemptionis quam filius hominis operatur, non pertinet illum manifestari, sed potius reticere. Quare filius hominis nescit vt dicat. Atamen dum interrogatio fit de proprio actu vt scilicet, si vel testis interrogetur, an viderit, vel audierit, vel adierit tali loco, & pariter si reus interrogatur an fecerit hoc, vel illud, illic perplexior fit locus euadendi. Nam dicere, Nescio, ridiculum esset. Postest tamen dicere. Non memini, nam eundem sensum recipit, quem, nescio, scilicet, vt dicam. Si tamen res est tam proxima vel tam insignis, vt il a responso fiat etiam deridicula, difficilior fit multo euasio. Nā dicere, Non vidi, vel Non audiui, non mihi satis videtur eundem sensum admittere, quem, Nescio. Nec auferem sic ego respondere si vidissem. Quamuis in audire, tolerabilius idem permittatur sensus. Nā etiam audimus vt dicamus. De reo autem multo est res grauius. Dū enim interrogatur an occiderit vel furatus fuerit, vel de quocunque alio proprio actu, eludere interrogationem nequit, dicendo se nescire neq. (vt diximus) admitteretur si dicat se nō meminisse. Quod aut liceat ei dicere se nō fecisse, nullatenus est suscipibile, quoniam Non feci, nullo modo amplecti potest sensum. Non feci vt dicā. Facere. n. non habet eandem connexionem cum eo quod est, vt dicam, quam habet, scire. In communi enim collo.

Qualiter interrogatus iniquo proprio actu possit se legitime excipere.

Sententia

Conclusio

Probat

Oculus

colloquio ubi sermo oritur de re aliqua quam secreto seruare volumus, licet quis respondeat se nihil scire, non existimatur mendax, etiam si credatur id secreto nosse. Si tamen sermo esset de re quam alter fecit, qui sciens rem illam fecisse, diceret, non feci, aut, non ita res est, profecto mendax merito haberetur. Idem enim est priorius, Non feci, & non ita res est. Quod porro nullo sensu a mendacio excusari potest. Scio Adrian. 4. sent. quæst. de sigillo confess. dicere, quod reus contra ius interrogatus, potest etiam iuratus respondere, non solum nihil de illa re nouisse, verum interrogatus an fecerit, potest, inquit, secundum omnes Doctores, respondere se non fecisse. Nescio tamen qui sint omnes Doctores, quia neminem vidi, immo indubius credo, id neutiquam licere. At quia neminem dico, est utique Caietan. opus. 16. res quæstio 5. quem supra citauimus, qui ait, inquisitum præterius de occultis complicibus respondere posse non habere complices, quod si verum esset, consequens fieret ut de se quoque iniuste interrogatus respondere posset, non fecisse. Quod ego profecto adduci non possum, ut credam. Quoniam nulla amphibologia valet eiusmodi responsa mendacio excusare. Et est mihi apertissima demonstratio hæc, quod si illud non esset mendacium, uana tunc fuisset cura & sollicitudo omnium Doctorum admonendi non licere, neque pro vita seruanda in iudicio mentiri, quia nullum aliud mendacium cauere volunt, quam hoc quo quis aperte negat se fecisse, quod fecit. Quæro enim ab istis, an si iudex diceret tu occidisti, respondens reus, non ita est, mentiretur profecto non est dubium. Quare nec adulteræ a marito nudo gladio interrogatæ, an amicum admiserit, dicere fas est non admisisse, si id modo falsum est. Neque posset a mendacio excusari si cum eum admisisset nudius tertius, absolute respondisset non admisisset intelligens heri, nam illa negatio vniuersalis est. Quid ergo remedij est? profecto nullum, nam hominum iniquitatibus, postquam semel iuris sinceritatem pessundâr, nullis potest legibus obuiam iri. Sed miseris necesse est mortem, velut martyres perire, antequam ius naturale, & diuinum mentiendo transgrediantur. Quod enim remedium excogitare potest misera puel-

la, cum morte tyrannus eriminatur nisi cum turpiter consentiat? profecto nulli, sed gladio potius succumbendum illi est. Eodem modo cur eandem mortem offerret, nisi mendacium proferret, moriendum esset. Et talis est casus dum tyrannice iudex reum in tales angustias redigit, ut vel mentiri debeat, vel mori. Hæc truncatim de hac materia hic dixerim, quoniam nec res est, quæ hoc loco plenarie disputari deberet, & in dicta nostra Relectione copiosè extat discussa.

Ad primum igitur argumentum incontrarium responderetur, iura ciuilia multa impune permittere, quæ non ideo approbant diuinæ leges, ut meretricia. Atque hæc ratio quia ferre mortem, quæ secundum Aristot. 3. Ethic. terribilium omnium terribilissimum est, egregiæ virtutis est, illiusque fortitudinis culminis quod rarissimi homines attingunt, leges humane nulla supplicia illis statuerunt, qui cum accusationibus transigerent, ut se a morte exciperent, licet ante tribunal Dei culpa non careat. Et similis est responsio argumenti secundi.

ARTICVLVS III.

Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

Tertium vitium rei est subdolosâ cauillosoque appellatio. Arguitur ergo quod reo non liceat iudicium per appellationem declinare.

Primum, videtur hoc contradicere documento Pauli ad Rom. 13. Omnis animæ potestatis sublimioribus subdita sit. Nâ appellatio, quadam est recusatio iudicis & ab eius obedientia exemptio.

Secundo, maior obedientia debetur ordinarijs iudicibus, qui publica potestate pollent, quam alijs quos arbitrio tuo elegeris, sed ab electis communi partium consensu appellare non licet, ut patet 2. q. 6. can. a iudicibus, ergo nec ab ordinarijs.

Tertio arguitur, si appellare licitum esset, quocumque tempore liceret, præfinitur autem a iure tempus decem dierum, ad appellandum, ut patet 2. quæst. canon. Anteriorum, ergo appellatio non est licita. In contrarium est exemplum Pauli, qui ut refertur Act. 11. appellauit ad Casarem.

Bre.

Sententia
Adrian.Rõ egrè
gia in
Adria.